



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XII. Perusina aditionis. Adtio hæreditatis, an inducatur per
enunciativas in judicio factas, quia ibi comparendo quis enuncietur hæres.
Et quatenus sic, an adeunti, quamvis majori, adversùs ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

Ideoque totus punctus hujusmodi controversiarum est, an versemur in una, vel altera propositione, seu theorica, quod penderet à nudo facto, ejusque circumstantiis.

His autem attentis, in hac facti specie destricto jure pro non additione omnino respondendum videbatur, nisi dicamus quod processum fuerit ad favorem actoris cum quadam non scripta æquitate; Propositiones autem generales, quamvis ad rem non applicabiles, deducere fuerunt pro ornato decisionis, quæ de stylo Tribunalis pernecessis in qualibet resolutione edenda est, ut advertitur *sub tit. de jud. in relat. Roman. Cur.* occasione agendi de Tribunali Rotæ, dum actor erat dicti Pauli nepos ex sanguine, seu alijs aucto gradu consuetus, ac nobilis, bonis fortunæ non multum provisus, eoque neglecto, extraneum amicum instituerat iuxta seriem, de qua *sub tit. de fideic. disc. 62.*

Possessio etenim, ac respectivè venditio aliorum bonorum, & iurium, unde ad hujusmodi additionem infertur, suam habebat causam, cui referenda veniebat, crediti scilicet dotium maternarum respectu aliorum bonorum indiferentium, præsertim unius domus venditæ; Et quoad quædam territoria in castro, seu oppido Zagarole, ex tenore cuiusdam investitura, seu verius ex quodam Statuto, seu decreto antiquo edito per quemdam dicti loci Ducem Columnensem, constans habebatur, ac etiam hodie habetur opinio, ut ea territoria, quæ à privatis possessa, originaliter proveniunt ab eorumdem Ducis concessionibus, sint feudalia in forma pacti, & providentiaz, unde propterea in eis succedat soli hæredes sanguinis iure proprio, atque non sint transmissibilia ad extraneos.

Et quamvis ubi non adest investitura, quæ ita disponat, id non subsistat, ut in decisione advertitur, atque ego plurices practicavi pro tempore, quo idem Status Zagarolæ stetit penes Ludovios acquirentes à Columnensisibus, saltem respectu cocessionum, quæ dictum Statutum, seu decretum præcedant; Attamen dicebam (etiam in sensu veritatis) eadem, quæ insinuant quoque *sub tit. de feudi disc. 19.* super puncto, an ex possessione feudi hereditarii præsertim novi, inferri possit ad titulum hereditarium, quod cum aditio hæreditatis dicatur actus pendens ab animo, quem lex eatenus præsumit, quatenus ita cogat neceffitas excludendi purum delictum intrusionis, & occupationis rei alienæ sine causa, quod alias ita refutaret, idcirco attendendus est animus facientis, atque sufficit titulus putativus, seu iustæ opinatus, cum ad hunc effectum adeò præjudicialeum requiratur animus certus, ac determinatus, qui ubi non habeatur expressus, eatenus à legi præsumitur, vel sub intelligitur, quatenus alio titulo quamvis colorato deficiente, præcise urgeat dicta ratio delicti, ut bene prosequitur *Cyriac. dicta contr. 244. num. 37. cum seqq.* atque ad sensum, ipse cursus naturalis clare probat.

Clarius vero ex duplice circumstantia; Primo scilicet quod in eo tempore proximo, præfati Camillus, & Paulus, pulsati à quodam alio creditore paterno, tanquam hæredes, expressè declararunt in actis se non esse tales, quam declarationem in proposito nimium attendendam esse habetur *apud Cyriac. dicta contr. 244. nr. 36. & seqq.* Et de consimili declaratione etiam in casu, que intererat habere qualitatem hereditariam, firmatum fuit per Rotam in Romana retroversionis domus, de qua *sub tit. de servit. disc. 87.*

Et secundò fortius, quoniam dicti Camillus, & Paulus, de tempore mortis patris, remanserunt pu-

pilli, vel minores, sub tutela, vel cura patris actoris, qui erat etiam ejus hæres, atque aliqui ex his actibus præjudicibus per eos gesti erant, ipso curatore autorizante, unde propterea, Vel id nullatenus ei præjudicare debebat ex recepta conclusione *hot. dem. titulo, & in altero de alienat. & contract.* ac alibi insinuata, ut actus additionis cadat sub Statuto Urbis 157. ideoque per minores, ac mulieres, absque somnianitibus ibi præscriptis fieri non posset; Vel quod ipsi actori tanquam hæredi tutoris, vel curatoris respectivè, obstatet exceptio doli, vel altera circuitus deducta *ex text. in l. vendicantem ff. de evit.* ob culpam inexcusabilem tutoris, vel curatoris prædicti non audeundi hereditatem patris juxta communem usum cum beneficio inventarii omnium præjudiciorum præservativo, ideoque actione tutulæ tenebatur sine dubio ad quanti interest.

Atque hinc corrue dicebam præcipuum actus fundamentum in decisione quoque deductum, respondingo ad minorem atatem, & ad dictam contrariam animi declarationem, quod scilicet facti majores, ipsi ratoshabuerint actus gestos tempore minoris atatis, quodque dicta declaratione non obstante postea in eorum præjudicium poterint mutare propositum; Tum quia verè factum non assitibat; Tum etiam, quia ita justè opinari poterunt, quod eorum tutor, vel curator benèjus officium egisset, & consequenter, adversus cumdem, ejusque hæredem sine dubio præfata exceptio dolii intrabat; Sive quod intrarent eadem, quæ habentur in *Perusina disc. 12.* super justa causa restitutio in integrum; ideoque ex pluribus etiam singulariter ponderatis, multò magis simul junctis, dicta resolutio nullatenus in puncto iuris probabilis videbatur, verè non habens aliud fundamentum, nisi dictam non scriptam æquitatem, quæ in judicando non sufficit, ubi jus scriptum in contrarium urgeat, unde propterea credebam, quod in revisione pro commendabili Tribunalis stylo, pleniùs insinuato in dicta sua sede *sub tit. de judic.* sperari debuisse recessus, nisi causa finem hahuisset ut supra; Hinc propterea, ut pluries advertitur, mox ensimilatus caute procedere in deferendo decisionibus, indagando statum, vel exitum causa, in qua prodierunt, ac bene combinando casum circumstantias, non autem eas attendendo in sola littera pro omnibus casibus &c.

PERUSINA ADDITIONIS.

PRO
GASPARE DE CRISPOLDIS,

CVM

CREDITORIBUS PATERNIS.

Responsum pro veritate.

Aditio hæreditatis, an inducatur per enunciativas in judicio factas, quia ibi comprendo quis enuncietur hæres. Et quatenus sic, an adeunti, quamvis majori, adversus additionem competat restitutio in integrum, & de istius restitutionis materia.

s u M.

DISCURSUS XII.

23

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **F**aditio hereditatis inducitur ex eo, quod quis comparendo in judicio dicit se hæredem, & num. 7.
- 3 Probatur etiam aditio per enunciativas factas in aliis actibus.
- 4 An repudatio probetur per verba id denotantia.
- 5 Quid ubi dicti actus judiciales facti sunt per procuratores.
- 6 Verbum, idem, est personale.
- 7 Declaratur conclusio, de qua num. 2.
- 8 Ubi hereditas est suspecta non de facili intrat presumptio aditionis absque beneficio inventarii stante illius usu.
- 9 Datur distinctio, an agatur de aditione favorabili, vel odiosa, & prejudiciali.
- 10 Ubi praedicta declaratio repudiandi, tunc difficultius inveniatur aditio.
- 11 Dista declaratio animi probatur etiam per testes singulares, & imperfectas probationes.
- 12 In iis, que pendent ab animo, statut declarationi facientes.
- 13 Aditio inducitur etiam per actus facti, dummodo alio titulo sive non potuerint.
- 14 Derestitutione in integrum etiam majori danni adversus hereditatis aditionem ex clausula generali, si qua mihi.
- 15 Quae regula tenenda sit in hac restitutione concedenda, vel neganda.
- 16 Au sit deneganda restitutio, si minor adiens postquam est effectus major, novos actus hereditarios gerit, & num. 19.
- 17 Quid sit restitutio integrum.
- 18 Dimicella text, in l. 3. §. si quis cum minore ff. de minor.
- 19 De eadem conclusione, de qua num. 16.

D I S C. XII.

Defuncto Petto de Crispoldis, superstitibus Gaspare, & aliis filiis, in prosecutio ne cuiusdem judicij per dictum Petrum viventem intentati, occasione quarundam comparitionum, seu actuum gestorum per Gasparem, suo, ac fratribus nomine, enunciabantur dicti Petri hæredes, unde propter ea, determinata hæreditariorum insufficientia, timens Gaspar prædictus creditorum molestias, consilium pro veritate petit, an adversus immixtionem per creditores ex dictis actibus prætentam, se tueri posset; Et quatenus non, an saltem, quamvis esset maior, recurrere sibi concederetur adversus hujusmodi immixtionem ad beneficium restitutio in integrum, ex clausula generali, si qua mihi justa causa.

Contra Gasparem, ut aditio inducta dicatur per comparitionem in judicio, in qua se hæredem enunciavit, ubi præsertim comparatio fuit occasio nerci hæreditarie, multum obstat videri dicebam deducta apud Buratt. decis. 279. num. 2. & 5. ubi allegantur Mantic. & ceteri, atque num. 3. in individuo adhanc facti speciem ponderatur illud verbum, cum effectu, quod in hujusmodi comparitionibus quoque continebatur, quasi quod tale verbum designat eum, qui factis, & verbis verè hæres existit; E generaliter quod aditio probetur per enunciativas vel actus, in quibus se nominet quis hæredem, habetur decisione 474. & 478. par. 5. recen. alias apud Merlin. decis. 247. & 280. & decis. 74. num. 6. ac decis. 106. num. 16. par. 7.

Et quamvis ex parte ejusdem Gasparis justificaretur, quod ipse coram amicis plures declarasset animum diversum, abstinendi scilicet à paternahæreditate; Ponderabam tamen hujusmodi verba non probare formalem repudiationem, seu abstinentiam, sed solum quemdam animum, quo deinde mutato, aditio seu immixtio recte sequi potuit, ut habetur decis. 48. numer. 6. & sequen. par. 9. rec. confirmata in Romana censiū 20. Iunii 1659. coram Bevilacqua §. penult. de qua causa habetur hoc eodem titulo disc. præced.

Prout licet ex parte ejusdem Gasparis diceretur, quod dictæ judiciales comparitiones, in quibus hujusmodi enunciatio continentur, factæ non essent per ipsum, sed per procuratorem causidicem, adjudicaria solū deputatum, non habentem hoc mandatum, (quod utpote explicandum super animi declaratione, de jure non dubitatur esse debere speciale;) Nihilominus pro dubitandi ratione ponderabam, quod ex actis apparbat, ut comparitiones prædictæ factæ essent per ipsum Gasparem, unde donec concludenter probaretur contrarium, deferendum erat actis, ut in his specialibus terminis, Gratian. discept. 711. num finali; Præsertim quia in aliquibus continebatur verbum idem, quod personalitatem, ac presentem denotat, ut probant Buratt. conf. 64. num. 20. & sequen. Surd. decis. 125. num. 1. Rot. in Romana res scissionis concordia 15. Iunii 1648. coram Corrado, decis. 192. par. 10. recent.

Hic tamen non obstantibus; Probabilius pro Gaspare respondendum censiū, in aditionis exclusionem, quoniam enunciationes non erant in ipsa dispositiva comparitionis, vel instantiæ, sed in præludio concipi solito per Notarium ad exprimen dam personam comparantis, ideoq; cum ea possint esse verba Notarii ita extensa parte absente, operativa non sunt, nisi probetur quod concepta essent parte præsente, ac expresse vel saltē tacite approbante, ut in his terminis individualibus ceteris allegatis habetur apud Gratian. discept. 694. numer. 30. & 31. & discept. 711. num. 67. Buratt. decis. 207. nn. 12. ubi Adden. num. 19.

Clariss ex pluribus conjecturis, & circumstan tiis contrarium verisimiliter suadentibus, illa præsertim quod ageretur de hæreditate evidenter damnosa, atque ab initio reputata suspecta, vel saltē intricata, unde propterea difficilius intrat præsumptio aditionis, & consequenter magis urgentes, ac perfectæ probationes desiderantur, cum in dubio, (stante præsertim communī hodierno usu, etiam opulentissimas, ac notoriè lucrosas hæreditates non adeundi, absque beneficio inventarii) non de facili præsumenda sit hujusmodi fatuas adeundi suspectam hæreditatem absque dicta cautela, quæ etiam in opulentis, tam de facili, & à quocumque adhiberi solet Mantic. de conjectur. lib. 12 tit. 13. num. 8. Greg. decis. 460. num. 15. Royas decis. 285. num. 13. & 14. alias decis. 393. num. 19. & 20. & num. 35. cum sequen. par. 9. rec.

Ut enim habetur apud Mantic. loco cit. Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. & sequen. ac alios, de quibus in proximè allegatis decisionibus, magna differentia est, ubi hæreditatis aditio, vel immixtio allegatur per ipsum filium, vel alium legitimū successorem favorabiliter, pro legitimatione personæ ad exercēda jura hæreditaria; Et casum ut id allegetur à creditoribus, vel tertio, in ipsius adeuntis damnum, vel præjudicium; Primo enim casu recte intrat regula, filius, ergo hæres, non autem in secundo; Attento præsertim jure novissimo, per quod filius non est amplius hæres necessarius, sed abstentionis beneficiū habet;

De LUCA
De
stamentis
et lat.
GVI
9

habet; Atque cum hac distinctione observabam responderi ad decisionem Buratti. 79. quæ est revocatoria dictæ decisionis 207. coram eodem, quoniam in eo casu aditus allegabatur tanquam favorabilis, ac ad effectus utiles, & proficuos, in quibus terminis procedunt decisiones 74. & 106. par. 7. rec. & alia.

Alteram ponderabam notabilem circumstantiam deductam ex dicta precedenti contraria animi declaratione plures facta coram amicis & domesticis; Licit enim illa non excludat animi mutationem, ac successivam additionem; Nihilominus est circumstantia, quæ difficiliore reddit additionis probationem, quæ proinde magis perfecta, & concludens est desideranda, ut in specie advertitur dicta decis. 293. num. 23. & sequen. pur. 9. rec. alias apud Roias decis. 285. num. 16. & 448. num. 6. & latius in Romana societatum officiorum 18. Martii 1658. coram Meltio, & in eadem causa eadem die coram Albergato, in quibus agitur de terminis favorabilioribus inducendi additionem pinguis & lucrosa hæreditatis in debitorum ad commodum creditorum.

Atque in eisdem decisionibus firmatur, quod hujusmodi voluntas non adeundi, etiam per testes singulares vel alias imperfectas probations justificari potest, ut etiam admittitur dicta decis. 48. par. 9. rec. ubi non agatur de actu communicato cum tertio contrahente, ut ita distinguendo habetur num. 8. cum sequen.

Altera quoque videbatur circumstantia considerabilis, quod non confabat, an dictæ comparitiones verè per ipsum Gasparem facta essent, Licit enim ad excludendum delictum Notarii ita presumi soleat; Nihilominus id percutere videtur validitatem illius actus, & circa effectum, ad quem agitur, ut pro eo explicando procurator causidicus, de mandato ipsius principalis id fecerit, cum alijs de communis usu hujusmodi comparitiones & protestationes, quamvis sub nomine principalium, per ipsos causidicos fieri soleant; Et nihilominus negari non posse observabam, quod hujusmodi actus non esset cettus, sed aequivocus duplicitus; Primo scilicet, quod fieri potuerit à causidico ut supra; Et secundò, quod potuerint esse verba Notarii juxta dictam decis. 207. Buratt. unde propterea esset dare presumptum ex praesumpto, atque presumptionum cumulum contra recepta principia.

His accedebat jurata declaratio per eundem Gasparem facta, quod nunquam talem animam habuerit hujusmodi hæreditatem adeundi; In iis enim, quæ ab animo pendent, quoties actus non est omnino clarus, & unicucus, sed dubius & aequivokus, attendenda est declaratio facientis, ut in his terminis specialibus dicta decis. 393. num. 39. par. 9. recen. alias apud Roias decis. 285. num. 25. in fine, & generaliter apud Ostib. decis. 119. num. 8. & 195. num. 58. Cyriac. controv. 295. num. 30. cum sequen. & sub tit. de donar. ac alibi.

Accidente potissimum qualitate dicti Gasparis, viri nobilis, sacerdotis, & Canonici, qui communis omnium opinione reputabatur probata vita & timorata conscientia, quæ omnia, ubi singulariter & de per se non sufficerent, ac difficultatem pati possent, unita videbantur concludere.

Difficultatem solum facere videbatur ea circumstantia, quod dictæ judiciales comparitiones factæ fuerint occasione rei hæreditariae, postero quod litem à defuncto exceptam, ideoque ultra verba, concurrebant quoque actus facti, ex quibus etiam additione inducitur, juxta theor. Bart. in l. gerit. num. 21. ff. de acqnr. hared. de qualitate Menoch. lib. 4. presumpt.

100. cum pluribus sequen. & dicto disc. præced. Verum hæ difficultas removet videbatur ex eo, quod Gaspar prædictus & fratres essent creditoris paternæ hæreditatis ex causa dotum maternarum, & pro reintegrazione fideicommissi majorum, unde propterea pro corum indemnitate, jure creditoris prosequi potuerunt exequitionem sententia per debitorem obtentæ ex recepta propositione plures insinuata, præsertim sub tit. de credito, quod creditor dicitur sui debitoris procurator, istaque diversi tituli possibilis sufficit ad excludendam additionem, quæ per actus facti non induetur, nisi quoties illi citrā jus, & nomen hæredis absque delicto, geri non potuerunt ex deductis per Menoch. ubi supra. Grig. dicta decis. 460. & in allegatis decisionibus in Romana societatum officiorum coram Meltio & Albergato, & dicto disc. præced. præsertim vero, ubi agitur de inducingo additionem ad effectus odiosos, & audenti præjudiciales, quo casu videtur principium indubitatum.

In omnem eventum, cum ageretur de hæreditate nimis damnosa, atque aditio non esset omnino expressa, atque deliberato animo facta, sed solum deducta ex dictis enunciatiis, quæ per causidicum imprudenter fieri potuerunt, neque confitare de usurpatione bonorum, vel alij mali animi, & fraudis in dicti, (quo casu rigorosius procedendum est) Dicebam denegari non posse remedium restitutio-nis in integrum, quod etiam in majoribus ex clausula generali, si quamibi &c. quoties, (ut dictum est) cessat suspicio fraudis, pro Judicis officio, denegandum non est, ut plenè & punctualiter extensis relatis, firmatur per Rotam dec. 89. par. 9. res. repub. post Marin. lib. 2. resol. 96.

In proposito autem hujusmodi restitutio-nis in integrum, quæ etiam majoribus ex justa causa concedi debet adversus additionem hæreditatis simpliciter & absque inventarii beneficio factam, quoties de tempore additionis reputetur idonea, postmodum vero damlosa & præjudicialis detecta est; Præcipaliter in specie inventarium, ut petens restitutio-nem in bona, vel mala fide versetur, & an aliqua urgente suspicio occultationis bonorum, quodque ad hunc effectum malitiosè inventarii confectio omis-sa esset; Vel potius econverso constaret de sinceritate, quodque dicta omissione provenierit, vel à simplicitate, vel à justa credulitate idoneitatis hæreditatis; Unde propterea super hoc puncto sapientius coram A. C. aliisque Tribunalibus disputato, substituendo quandoque concessionem, quandoque vero denegationem hujusmodi restitutio-nis in integrum, frequens mea dicendi consuetudo erat, ut ita sit quæstio potius facti, ideoque certa & determinata res desuper tradi non possit, sed ex qualitate facti, ac singulorum casuum individuis circumstanciis decisione pendeat pro Judicis prudenti arbitrio.

In una vero Mediolanen. pro illis de Aste cum Comite de Sorbellono pulsato tanquam hæredipatris à prædictis de Aste creditoribus, de cuius fere habetur sub tit. de legie, & de tractione. disc. 25. Cum peteret restitutio-rem in integrum adversus additionem paternæ hæreditatis factam de tempore minoris aetatis, pro denegatione dicebam (pro creditoribus scribens) quod ubi solum obstante actus, verbis, vel factis gesti de tempore minoris aetatis, denegari non poterat restitutio-rem in integrum, quæ tamem in ea facti specie deneganda erat, ex eo quod idem post completam jam majorem aetatem, quædam bona, seu jura hæreditaria tanquam heres, ac hæreditario nomine per viam formalis, ac translativa alienationis distraxerat; Aliud enim non est restitu-tio-

DISCURSUS XIII.

25

17 tio in integrum, nisi repositiō in statu pristinum, ita ut ex legi fictione actus gestus de tempore minoris aetatis habeatur pro non facto ex deducitis per Odd. de refit. in integr. par. I. quest. I. art. 4. num. 32. Quare admissa annihilatione omnium gestorum de tempore minoris aetatis, dum postea factus maior, & actus hereditarios gesserat, ita ianis dicta restitutio remanebat ob additionem ex istis novis actibus resultantibus. ad notata in l. gerit ff. de acquir. hereditate cum concord. per Menoch. dicto lib. 4. cap. 99. cum sequent. Greg. & Adden. decis. 7. & 98. decis. 48. par. 9. rec. cum aliis dicto disc. preced.

Non negabantur hac per Sribentes pro Sorbelono in integrum restitutioem petente, sed totum fundamentum per eos constituebatur in dispositione textus in l. 3. §. si quis cum minore, vers. scio etiam, ff. de minor. ubi deciditur, quod si minor, qui se paterna hereditati immiscuerat, factus maior, aliquid ab hereditariis debitoribus exegerit, ad hunc inspeccio initio, restitutioem beneficium obtinere debeat.

Super hujus textus intellectu, cum contrarium videatur dispositum in ejusdem §. initio Excitata per Accurs. difficultate, illam solvit ex sola ratione necessitatibus, quasi quod sequuntur immixtione, actum necessarium fecerit, exigendo nomina hereditaria, quae ex debito officii hereditarii exigere tenetur, fecis autem si auctus non sit necessarium consequitivus, sed omnino voluntarius, ad quem facienda lex non cogebat; Atque Accurs. intellectum laudant Azzo in summa Cod. & tit. si major factus sum, ubi cumdem Accursum osaureum appellat Odd. de refit. in integr. quest. 25. art. 6. num. 6. Merenda lib. 10. controv. cap. 19. num. 9. Faber. irrational. ad eum d. text. in d. 4. 3. §. si quis cum minore, vers. scio etiam, bene Merlin. lib. 2. controv. cap. 53. ex num. 11. in fine ubi ingeniosè dictum texturn, ejusque rationem expendit, atque Oddi traditionem loco citato in specie referit & laudat Barbo. super Cod. in l. 1. Cod. si major factus num. 10. & II.

Hinc proinde inferbam, quod cum actus, de quo sgebatur, non esset necessarius, sed merè voluntarius, cum nomina debitorum exacta non essent ab ipsis debitoribus offerentibus solutionem, quæ per creditorem recusari non potest, sed per viam translativæ cessionis, consequenter cessabat ratio dicti textus, in qua unicè ejus dispositio fundatur; Et clariss, quia in hac facti specie, ac respectu praedictorum de Asti, nec quidem excogitabilis aderat suspicio illius dolii, seu fraudis, in qua etiam dictus texturn fundari videtur, rationelacionis exinde resultantis, ut singulariter advertit Merlin. dicta controv. 55. in fine.

Venit reflectendo ad veritatem, de premissis dubitabam, quoniam data aditione, vel invalida, vel elidibili ob exceptionem, seu restitutioem in integrum, stante minori aetate ob nimis prejudicialem inventari omissionem, actus subsequentes, quamvis in aetate majori ut potè consequitivi, referendi veniunt ad dictum presuppositum minus verum, & elidibile, ac habere videntur speciem ratificationis, quæ juxta receptas propositiones non inducitur, nisi data explicita scientia nullitatis tam juris, quam facti, ut sapienter sub tit. de alienat. & contractibus.

Licet enim alienatio bonorum hereditariorum, seu exteriorum, qui citra jus & nomem hereditis fieri non possunt, aditionem inducant, nihilominus id procedit, quando ex ipsis actibus deduci potest voluntas tunc adeundi; Id autem in præsentis videbatur dici non posse, dum hic heres a cum prædictum Card. de Luca P. II. de Hared.

non fecerat ex integro, quasi quod ita faciendo tunc animum declarasset adeundi, sed ut dictum est, id gestura fuit, dicto presupposito retento, quo celsante, corruunt actus consequitivi, & ex ejus fundamento gesti; Atque juxta hanc dubitationem pro concessione restitutiois in integrum judicatum fuit per Senatum Mediolani, ubi præsens controversia agebatur; Unde postmodum disputatum fuit de detractionibus, de quibus dicti actores opponebant adversus dictos Comites opponentes de avito fidicimissimo, ex iis, quæ in hac eadem causa habentur deducta dicto disc. 25. de detractionibus.

REATINA

P R O
PIZZICAI A,
C U M
E U S E B I A.

Casus disputatus coram A. C. incertus est
exitus.

Aditio hereditatis maternæ per filium, an & quando inducta dicatur per retentio- nem dotium maternarum penes patrem.

SUMMARIUM.

- 1 D E quæstione, an per retentionem dotium inducatur aditio in filiis.
- 2 Datur quæstio facti decidenda cum distinctionibus.
- 3 Quando agitur de aditione prejudiciale, verior est negativa.
- 4 Quid ubi ad effectum transmissionis hereditas est lucrosa.
- 5 Aditio hereditatis utilis & lucrosa de facilis ad- mittenda.
- 6 Quid ubi de aditione ad effectum, ut jus queratur creditoribus adestans.
- 7 An debitor turba conscientia possit non adire bare- ditatem.
- 8 Ubi ultra dictam retentionem dotium factum à pare, concurrat aliquod factum ipsius filii, tunc facilius pro aditione.

DISC. XIII.

S APPIUS in diversis causis, & ad diversos effe-
ctus mihi contigit disputandus iste articulus, 1)
San scilicet per retentionem dotium uxoris de-
functæ per virum superstitem factam, inducta
diceretur aditio hereditatis in filiis ex dicta muliere
superstitibus, & legitimis ejus hereditibus juxta sen-
tentiam Baroli cors. 129. lib. 1. & in l. gerit num. 28. ff.
de acquir. hereditate. Atque dubitandi occasionem præ-
buerunt DD. contradictiones, seu distinctiones; 2)
An scilicet ageretur de filio infante, vel è converso
majore infante; Et an actus retentionis effet uni-
vocus, vel æquivocos, quod scilicet vir aliam non
haberet retinendi causam, nisi tanquam pater ac le-
gitimus administrator filii hereditis mulieris defun-
ctæ, vel è converso alium haberet retinendi titu-
lum ratione lucri totius dotis in usufructu sibi delat-
to, ut est in Urbe ex Statuto; Sive quod ab eadem
muliere relietus esset usufructuarius, cum similibus,

C

ex iis

De LUCA
De
stamentis
et catt.
GVI